

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Studium y  
cum uariis

Studia eciam saluti corporis prosunt. In remedium enim cedunt honesta solacia et quicquid animum erexit eciam corpori prodest. Cogito quam multi corpora exercent, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum lusorum uel lucrorum fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilli animo sunt quorum lacertos humerosque miramur.

Seneca LXXXI. epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

erexit] erexerit B P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; lucrorum] luctorum P V<sup>1</sup>, luctarum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, luctatorum L<sup>2</sup>;  
circa] contra P V<sup>1</sup>, *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; artes bonas] mentes bona P V<sup>1</sup>, mentis bona V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
miramur] mirantur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; LXXXI.] LXXXVII. M